

et si lustrum forte ab initio fuerat conductioni praestitutum. Sed et si secundo quoque anno post finitum lustrum nihil fuerit contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permansisse; hoc enim ipso, quod (1) tacuerunt, consensisse videntur, et hoc deinceps in unoquoque anno observandum est. In urbanis autem praediis alio iure utimur, ut, prout quisque habitaverit, ita et obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductioni comprehensum est.

14. [15.] *IDEM libro LXXI. ad Edictum.*—Qui ad certum tempus conducit, finito quoque tempore colonus est; intelligitur enim dominus, quum patitur colonum in fundo esse, ex integro locare; et huiusmodi contractus neque verba, neque scripturam utique desiderant, sed nudo consensu convalescunt. Et ideo si interim dominus furere coeperit, vel decesserit, fieri non posse Marcellus ait, ut locatio redintegretur; et est hoc verum.

15. [16.] *IDEM libro XXXII. (2) ad Edictum.*—Ex conducto actio conductori datur.

§ 1.—Competit autem ex his causis fere, ut puta si re, quam conduxit, frui ei non liceat, forte quia possessio ei aut totius agri, aut partis non praestatur, aut villa non reficitur, vel stabulum, vel ubi greges eius stare oporteat, vel si quid in lege conductionis convenit, si hoc non praestatur, ex conducto agitur.

§ 2.—Si vis tempestatis calamitosae contigerit, an locator conductori aliquid praestare debeat, videamus. Servius omnem vim, cui resisti non potest, dominum colono praestare debere ait, ut puta fluminum, graculorum, sturnorum, et si quid simile acciderit, aut si incursus hostium fiat; si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur, haec damno coloni esse, veluti si vinum coacuerit, si raucis (3) aut herbis segetes corruptae sint. Sed et si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse, ne supra damnum seminis amissi mercedes agri praestare cogatur; sed et si uredo fructum oleae corruerit, aut solis fervore non assuetus id acciderit, damnum domini futurum. Si vero nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse; idemque dicendum, si exercitus praeteriens per lasciviam aliquid abstulit. Sed et si ager terrae motu ita corruerit, ut nusquam sit, damno domini esse; oportere enim agrum praestari conductori, ut frui possit.

§ 3.—Quum quidam incendium fundi allegaret,

(1) *Hal. Vulg.*; quo, el código Fl.
(2) XXXIII., *Hal.*

tomar en arrendamiento, se ha de entender de modo, que se considere que renovaron la misma locación por aquel mismo año, que callaron, no también por los siguientes años, aún si desde un principio se había señalado acaso un lustro para el arrendamiento. Pero si tampoco en el segundo año después de finido el lustro se hubiere tratado nada en contrario, también se considera que subsistió la misma locación para aquel año; porque por lo mismo, que callaron, se considera que consintieron, y esto mismo se ha de observar después en cada año. Mas en los predios urbanos usamos de otro derecho, que cada uno se obligue por el tiempo que los hubiere habitado, si en escritura no se consignó tiempo cierto para el arrendamiento.

14. [15.] *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXI.*—El que toma en arrendamiento hasta cierto tiempo, es colono aún después de transcurrido el tiempo; porque se entiende que el dueño, consintiendo que el colono permanezca en el fundo, lo dá nuevamente en arrendamiento; y semejantes contratos no requieren ciertamente ni palabras, ni escrituras, sino que se convalidan por el nudo consentimiento. Y por esto, si entretanto el dueño hubiere comenzado á enloquecer, ó hubiere fallecido, dice Marcelo, que no puede hacerse que se renueve el arrendamiento; y esto es verdad.

• 15. [16.] *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—Al arrendatario se le dá la acción de conducción.

§ 1.—Pero compete ordinariamente por estas causas, por ejemplo, si no le fuera lícito disfrutar de la cosa que tomó en arrendamiento, acaso porque no se le entrega la posesión, ó de todo el campo, ó de una parte, ó no se repara la casa de campo, ó el establo, ó donde deban estar sus rebaños, ó si se convino en el contrato de la conducción alguna cosa, y ésta no se cumple, se ejercitará la acción de conducción.

§ 2.—Si hubiere sobrevenido fuerza de temporal calamitoso, veamos si el arrendador deberá ser responsable de algo al arrendatario. Servio dice, que el dueño debe ser responsable al colono de toda fuerza que no pueda resistirse, como por ejemplo, de ríos, de grajos, de estorninos, y si alguna otra cosa semejante hubiere acontecido, ó si se hiciera incursión de enemigos; pero que si algunos vicios nacieran de la misma cosa, estos son en daño del colono, por ejemplo, si el vino se hubiere avinagrado, ó si por insectos, ó yerbas se hubieran estropeado las mieses. Pero también si hubiera descargado una tormenta, y hubiere arrebatado todo el fruto, el daño no es del colono, para que sobre el daño de la simiente perdida no sea obligado á pagar el arrendamiento del campo; pero también si el tizón hubiere corrompido el fruto de los olivos, ó esto hubiere sucedido por calor del sol, no acostumbrado, el daño habrá de ser del dueño. Pero si no hubiere acontecido nada contra la costumbre, el daño es del colono; y lo mismo se ha de decir, si al pasar un ejército quitó alguna cosa por hacer daño. Mas también si por terremoto se hubiere arruinado el campo, de modo que nunca vuelva á su estado, es en perjuicio del dueño; porque debe dársele el campo al arrendatario para que pueda disfrutarlo.

§ 3.—Alegando cierto individuo el incendio de

(3) runcis, otros en *Hal.*

et remissionem desideraret, ita ei rescriptum est: «Si praedium coluisti, propter casum incendii repentini non immerito subveniendum tibi est».

§ 4.—[17.] (1) Papinianus libro quarto Responsorum ait, si uno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contigit ubertas (2), nihil obesse domino remissionem, sed integram pensionem etiam eius anni, quo remisit, exigendam. Hoc idem et in vectigalis (3) damno respondit. Sed et si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remisisset, idem erit dicendum, quasi non sit donatio, sed transactio. Quid tamen, si novissimus erat annus sterilis, in quo ei remisit? Verius dicetur, etsi superiores uberes fuerunt, et scit locator, non debere eum ad computationem vocari.

§ 5.—Quum quidam de fructuum exiguitate quereretur, non esse rationem eius habendam, Rescripto Divi Antonini continetur. Item alio Rescripto ita continetur: «Novam rem desideras, ut propter vetustatem vinearum remissio tibi detur».

§ 6.—Item quum quidam nave amissa vecturam, quam pro mutua (4) acceperat, repeteret (5), rescriptum est ab Antonino Augusto, non immerito Procuratorem Caesaris ab eo vecturam repetere, quum munere vehendi functus non sit; quod in omnibus personis similiter observandum est.

§ 7.—Ubiunque tamen remissionis ratio habetur ex causis supra relatis, non id, quod sua interest, conductor consequitur, sed mercedis exonerationem pro (6) rata; supra denique damnum seminis ad colonum (7) pertinere declaratur.

§ 8.—Plane si forte dominus frui non patiatur, vel quum ipse locasset, vel quum alius alienum, vel quasi procurator, vel quasi suum, quod interest, praestabitur; et ita Proculus in procuratore respondit.

§ 9.—Interdum ad hoc ex locato agetur, ut quis locatione liberetur, Iulianus libro quinto decimo Digestorum scripsit, utputa Titio fundum locavi, isque pupillo herede instituto decessit; et quum tutor constituisset, abstinere pupillum hereditate, ego fundum pluris locavi, deinde pupillus restitutus est in bona paterna; ex conducto nihil amplius eum consecuturum, quam ut locatione liberetur; mihi enim iusta causa fuit locandi,

16. [18.] IULIANUS libro XV. Digestorum. — quum eo tempore in pupillum actiones nullae darentur;

17. [19.] ULPIANUS libro XXXII. (8) ad Edictum. — tutelae tamen cum tutore iudicio, inquit, aget, si abstinere non debuit,

un fundo, y solicitando la remisión de la pensión se le respondió por rescripto de este modo: «Si cultivaste el predio, no sin razón se te ha de auxiliar por causa de accidente de incendio repentino».

§ 4.—[17.] Dice Papiniano al libro cuarto de las Respuestas, que si por un año hubiere concedido alguno á su colono la condonación de la pensión por causa de esterilidad, y después en los siguientes años hubo abundancia, en nada le perjudica al dueño la condonación, sino que se ha de exigir íntegra la pensión también del año en que la condonó. Este mismo respondió también respecto al daño de un campo tributario. Pero también si con palabra de donación hubiere remitido el dueño la pensión por la esterilidad del año, se habrá de decir lo mismo, como si no fuera donación, sino transacción. Mas ¿qué se dirá, si el año estéril, en el que se le hubiere remitido la pensión, era el último? Se dirá con más verdad, que aunque los anteriores fueron abundantes, y lo sabe el arrendador, no debe ser llamado aquel á hacer computación.

§ 5.—Cuando alguno se quejase de la escasez de frutos, contiéndose en un Rescripto del Divino Antonino, que no se ha de tener cuenta de ella. También se dice de este modo en otro Rescripto: «Pretendes una cosa nueva, para que por la vejez de las viñas se te conceda la remisión de la pensión».

§ 6.—Asimismo, como alguno, habiéndose perdido la nave, repitiese el precio del transporte, que habia aceptado por un mútuo, se respondió en rescripto por Antonino Augusto, que no sin razón reclama de él el Procurador del César el precio del transporte, como quiera que no haya cumplido con la obligación de transportar; lo que del mismo modo se ha de observar respecto á todas las personas.

§ 7.—Mas cuando por las causas arriba mencionadas se tiene cuenta de la condonación, el arrendatario no consigue lo que le importa, sino el descargo de la pensión á prorata; y por último, arriba se declara, que la pérdida de la simiente pertenece al colono.

§ 8.—Pero si acaso el dueño no permitiera usufructuar, ó habiendo dado en arrendamiento él mismo, ú otro una cosa ajena, ó como procurador, ó como suya, se responderá de lo que importa; y así lo respondió Próculo respecto del procurador.

§ 9.—Escribió Juliano en libro décimo quinto del Digesto, que á veces se ejercitará la acción de locación para esto, para quedar uno libre de la locación, por ejemplo, si di en arrendamiento un fundo á Ticio, y éste falleció habiendo instituido heredero á un pupilo; y habiendo determinado el tutor que el pupilo se abstuviese de la herencia, di en arrendamiento el fundo por más, y después el pupilo fué reintegrado en los bienes paternos; él no conseguirá por la acción de locación nada más, que quedar libre de la locación; por que yo tuve justa causa para dar en arrendamiento,

16. [18.] JULIANO; *Digesto*, libro XV.—como quiera que en aquel tiempo no se darian ningunas acciones contra el pupilo;

17. [19.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto*, libro XXXII.—pero dice, que ejercitará la acción de tutela contra el tutor, si no debió abstenerse,

(1) Según ediciones vulgares.
(2) Según antigua corrección del código Fl., Br.; ubertas, Taur. según la escritura original.
(3) agri, inserta Hal.; vectigali, Vulg.
(4) iuncto nauta, (en lugar de mutua), Hal.

(5) Según antigua corrección del código Fl., Br.; repeteretur, Taur. según la escritura original.
(6) temporis, inserta la Vulg.
(7) non, inserta Hal.
(8) XXX., Hal.

18. [20.] IULIANUS *libro XV. Digestorum*.—in quo inerit etiam hoc, quod ex conductione fundi lucram facere potuit.

19. [21.] ULPIANUS *libro XXXII. (1) ad Edictum*.—Sed addes hoc Iuliani sententiae, ut, si collusi ego cum tutore, ex conducto tenere in id, quod pupilli interfuit.

§ 1.—Si quis dolia vitiosa ignarus locaverit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id, quod interest, nec ignorantia eius erit excusata; et ita Cassius scripsit. Aliter atque si saltum pascuum locasti, in quo herba mala nascebatur; hic enim si pecora vel demortua sunt, vel etiam deteriora facta, quod interest, praestabitur, si sciisti, si ignorasti, pensionem non petes; et ita Servio, Labeoni, Sabino placuit.

§ 2.—Illud nobis videndum est, si quis fundum locaverit, quae soleat instrumenti nomine conductori praestare, quaeque, si non praestet, ex locato teneatur (2). Et est epistola Neratii ad Aristonem, dolia utique colono esse praestanda, et prelum et trapetum instructa funibus, si minus, dominum instruere ea debere; sed et prelum vitiatum dominum reficere debere; quodsi culpa coloni quid eorum corruptum sit, ex locato eum teneri. Fiscos autem, quibus ad premendam oleam utimur, colonum sibi parare debere Neratius scripsit (3); quodsi regulis olea prematur, et prelum, et succulam, et regulas, et tympanum, et trochleas, quibus relevatur prelum, dominum parere oportere; item aënum, in quo olea calda aqua lavatur, ut cetera vasa olearia, dominum praestare oportere, sicuti dolia vinaria, quae ad praesentem usum colonum picare oportebit. Haec omnia sic sunt accipienda, nisi si quid aliud specialiter actum sit.

§ 3.—Si dominus exceperit in locatione, ut frumenti certum modum certo pretio acciperet, et dominus nolit frumentum accipere, neque pecuniam ex mercede deducere, potest quidem totam summam ex locato petere, sed utique consequens est existimare, officio iudicis hoc convenire, haberi (4) rationem, quanto conductoris intererat, in frumento potius, quam in pecunia solvere pensionis exceptam portionem. Simili modo, et si ex conducto agatur, idem erit dicendum.

§ 4.—Si inquilinus ostium, vel quaedam alia aedificio adiecerit, quae actio locum habeat? Et est verius, quod Labeo scripsit, competere ex conducto actionem, ut ei tollere liceat; sic tamen, ut damni infecti caveat, ne in aliquo, dum aufert, deteriorem causam aedium faciat, sed ut pristinam faciem aedibus reddat.

§ 5.—Si inquilinus arcam aeratam in aedes contulerit, et aedium aditum coangustaverit dominus, verius est, ex conducto eum teneri, et ad exhiben-

18. [20.] JULIANO; *Digesto, libro XV*.—en cuya acción se comprenderá también el lucro que pudo obtener por la conducción del fundo.

19. [21.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXII*.—Pero añadirás esto á la decisión de Juliano, que, si hice colusión con el tutor, me obligaré por la acción de conducción á lo que le importó al pupilo.

§ 1.—Si ignorándolo hubiere alguno dado en arrendamiento tinajas defectuosas, y después se saliere el vino, se obligará á lo que importa, y no se excusará su ignorancia; y así lo escribió Cassio. De otra suerte será, si diste en arrendamiento para pasto un bosque en el que nacía mala yerba; porque en este caso, ya si murieron los ganados, ya también si se deterioraron, se responderá de lo que importa, si lo supiste, y si lo ignoraste, no pedirás la pensión; y así les pareció bien á Servio, Labeon, y Sabino.

§ 2.—Si alguno hubiere dado en arrendamiento un fundo, hemos de ver esto, qué sea costumbre entregar al arrendatario en concepto de aporo, y á qué quede obligado por la acción de locación, si no lo entregara. Y hay una epistola de Neracio á Aristón, según la que se han de entregar ciertamente al colono las tinajas, la prensa y el molino para las aceitunas, provistos de sus cuerdas, y si no las hubiera, debe el dueño proveerle de estas cosas; pero también debe el dueño componer la prensa viciada; mas si por culpa del colono se hubiera estropeado alguna de estas cosas, se obliga él por la acción de locación. Pero las seras de que usamos para prensar la aceituna, escribió Neracio que debe procurárselas el colono; mas si la aceituna se prensara entre tablones, debe proporcionar el dueño la prensa, el cabrestante, los tablones, el torno, y las poleas, con que se alza la prensa; asimismo debe dar el dueño la caldera de cobre en que con agua caliente se lava la aceituna, y las demás vasijas para el aceite, así como las tinajas para el vino, las que deberá empear el colono para usarlas entonces. Todo esto se ha de entender así, si no se hubiera tratado especialmente alguna otra cosa.

§ 3.—Si el dueño se hubiere reservado en la locación, que habia de recibir por cierto precio cierta medida de trigo, y el dueño no quisiera recibir el trigo, ni deducir su precio de la pensión, puede ciertamente pedir toda la suma por la acción de locación, pero verdaderamente es consiguiente pensar, que conviene al ministerio del juez, que se tenga cuenta de cuanto le importaba al arrentario pagar más bien en trigo, que en dinero, la porción reservada de la pensión. Del mismo modo, también si se ejercitara la acción de conducción, se habrá de decir lo mismo.

§ 4.—Si el inquilino hubiere añadido una puerta, ú otra cualquier cosa, al edificio, ¿qué acción tendrá lugar? Y es más verdadero, lo que escribió Labeon, que compete la acción de conducción, para que le sea lícito llevársela; pero de modo que dé caución de daño inminente, para que, quitándola, no empeore en algo la condición de la casa, sino que devuelva á la casa su primitivo aspecto.

§ 5.—Si el inquilino hubiere llevado á la casa un arca de bronce, y el dueño hubiere estrechado la entrada de la casa, es más verdadero que se obli-

(1) XXXIII., Hal.

(2) Hal.; tenetur, el código Fl.

(3) Neratius scripsit, omitelas Hal.

(4) Según antigua corrección del código Fl., Br.; habere, Taur. según la escritura original.

dum actione, sive scit, sive ignoraverit; officio enim iudicis continetur, ut cogat eum, aditum et facultatem inquilino praestare ad arcam tollendam, sumtibus scilicet locatoris.

§ 6.—Si quis, quum in annum habitationem conduxisset, pensionem totius anni dederit, deinde insula post sex menses ruerit, vel incendio consumpta sit, pensionem residui temporis, rectissime Mela scripsit, ex conducto actione repetiturum, non quasi indebitum condicturum; non enim per errorem dedit plus, sed ut sibi in causa (1) conductionis proficeret; aliter atque si quis, quum decem conduxisset, quindecim solverit; hic enim, si per errorem solvit, dum putat se quindecim conduxisse, actionem ex conducto non habebit, sed solam conditionem; nam inter eum, qui per errorem solvit, et eum, qui pensionem integram prorogavit (2), multum interest.

§ 7.—Si quis mulierem vehendam nave (3) conduxisset, deinde in nave infans natus fuisset, probandum est, pro infante nihil deberi, quum neque vectura eius magna sit, neque his omnibus utatur, quae ad navigantium usum parantur.

§ 8.—Ex conducto actionem etiam ad heredem transire, palam est.

§ 9.—Quum quidam exceptor operas suas locasset, deinde is, qui eas conduxerat, decessisset, Imperator Antoninus cum Divo Severo (4) rescripsit ad libellum exceptoris in haec verba: «Quum per te non stetisses proponas, quominus locatas operas Antonio Aquilae (5) solveres, si eodem anno mercedes ab alio non accepisti, fidem contractus impleri aequum est».

§ 10.—[22.] (6) Papinianus quoque libro quarto (7) Responsorum scripsit, diem functo Legato Caesaris salarium Comitibus residui temporis praestandum, modo si non postea Comites cum aliis eodem tempore fuerunt.

20. [23.] PAULUS libro XXXIV. ad Edictum. —Sicut emptio, ita et locatio sub conditione fieri potest.

§ 1.—Sed donationis causa contrahi non potest.

§ 2.—Interdum locator non obligatur, conductor obligatur, veluti quum emtor fundum conducit, donec pretium ei solvat.

21. [24.] IAVOLENUS libro XI. Epistolarum (8). —Quum venderem fundum, convenit, ut, donec pecunia omnis persolveretur, certa mercede emtor fundum conductum haberet; an soluta pecunia merces accepta fieri debeat? Respondit, bona fides exigit, ut, quod convenit, fiat; sed non amplius praestet is venditori, quam pro portione eius temporis, quo pecunia numerata non esset.

ga éste por la acción de conducción, y por la de exhibición, ya si lo sabe, ya si lo hubiere ignorado; porque compréndese en el ministerio del juez, que le obligue á dar al inquilino entrada y facultad para llevarse el arca, por supuesto, á costa del arrendador.

§ 6.—Si habiendo tomado arrendada por un año una habitación, hubiere dado alguno la pensión de todo el año, y después de los seis meses se hubiere arruinado la casa, ó hubiera sido consumida por un incendio, con muchísima razón escribió Mela, que repetirá por la acción de conducción la pensión del tiempo restante, y que no intentará la condición como por pago no debido; por que no dió más por error, sino para que le aprovechara á él en el contrato del arrendamiento; y de otro modo será, si alguno hubiere pagado quince, habiendo tomado en arrendamiento por diez; porque éste, si pagó por error, creyendo que había tomado en arrendamiento por quince, no tendrá la acción de conducción, sino solamente la condición; porque hay mucha diferencia entre el que pagó por error, y el que pagó anticipada la pensión íntegra.

§ 7.—Si alguno hubiese tomado en arrendamiento el transportar á una mujer en una nave, y después hubiese nacido en la nave un niño, se ha de admitir que nada se debe por el niño, como quiera que ni sea grande el transporte de éste, ni use él de todas las cosas que se preparan para uso de los navegantes.

§ 8.—Es evidente, que la acción de conducción pasa también al heredero.

§ 9.—Habiendo un copista dado en arriendo sus servicios, y habiendo fallecido después el que los había tomado arrendados, el Emperador Antonino respondió por rescripto, junto con el Divino Severo, á la instancia del copista en estos términos: «Puesto que alegas que no consistió en tí que no prestases á Antonio Aquila los servicios arrendados, si de otro no recibiste en el mismo año salarios, es justo que se cumpla lo prometido en el contrato».

§ 10.—[22.] Escribió también Papiniano en el libro cuarto de sus Respuestas, que fallecido un Legado del César, se ha de pagar á sus subordinados el sueldo del tiempo restante, si después los subordinados no estuvieron al mismo tiempo con otros.

20. [23.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV.*—Así como la compra, así también la locación puede hacerse bajo condición.

§ 1.—Pero no puede celebrarse por causa de donación.

§ 2.—A veces no se obliga el arrendador, y se obliga el arrendatario, como cuando el comprador toma en arrendamiento el fundo hasta que le pague el precio.

21. [24.] JAVOLENO; *Epistolas, libro XI.*—Al vender yo un fundo se convino, que hasta que se pagase todo el precio, el comprador tendría en arrendamiento el fundo por cierta pensión; pagado el precio ¿deberá darse por recibida la pensión? Respondió, que la buena fe exige, que se haga lo que se convino; pero éste no paga al vendedor más que en proporción del tiempo que no se hubiese pagado el precio.

(1) *Hal.*; causam, el código Fl.

(2) En otras ediciones se lee praerogavit.—N. del Tr.

(3) *Hal.*; navi, el código Fl.

(4) Vero, *Hal.*

(5) *Taur.*; Aquilae, según la escritura original; Aquilio,

según reciente corrección del código Fl., Br.; Antonino Aquilio, *Vulg.*

(6) Según ediciones vulgares.

(7) tertio, *Hal.*

(8) *ἐνταύθα*, *Hal.*

22. [25.] PAULUS libro XXXIV. ad Edictum.—Item si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato erit actio.

§ 1.—Quoties autem faciendum aliquid datur, locatio est.

§ 2.—Quum insulam aedificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, et tamen locatio est; locat enim artifex operam suam, id est faciendi necessitatem.

§ 3.—Quemadmodum in emendo et vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, et ita invicem se circumscribere, ita in locationibus quoque et conductionibus iuris est;

23. [26.] HERMOGENIANUS libro II. Iuris Epitomarum (1).—et ideo, praetextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi locatio non potest.

24. [27.] PAULUS libro XXXIV. ad Edictum.—Si in lege locationis comprehensum sit, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si viri boni arbitrium comprehensum fuisset. Idemque servatur, si alterius cuiuslibet arbitrium comprehensum sit; nam fides bona exigit, ut arbitrium tale praestetur, quale viro bono convenit, idque arbitrium ad qualitatem operis, non ad prorogandum tempus, quod lege finitum sit, pertinet, nisi id ipsum lege comprehensum sit. Quibus consequens est, ut irrita sit approbatio dolo conductoris facta, ut ex locato agi possit.

§ 1.—Si colonus locaverit fundum, res posterioris conductoris domino non obligantur; sed fructus in causa pignoris manent, quemadmodum essent, si primus colonus eos percipisset.

§ 2.—Si domus vel fundus in quinquennium pensionibus locatus sit, potest dominus, si deseruerit habitationem vel fundi culturam colonus vel inquilinus, cum iis statim agere.

§ 3.—Sed et de his, quae praesenti die praestare debuerunt, veluti ut (2) opus aliquod efficerent, propagationes facerent, agere similiter potest.

§ 4.—Colonus, si ei frui non liceat, totius quinquennii nomine statim recte aget, etsi reliquis annis dominus fundi frui patietur; nec enim semper liberabitur dominus eo, quod secundo vel tertio anno patietur (3) fundo frui; nam et qui expulsus a conductione in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus, neque ipse pensionum nomine obligatus erit, et quantum per singulos annos compendii facturus erat, consequetur; sera est enim patientia fruendi, quae offertur eo tempore, quo frui colonus aliis rebus illigatus non potest. Quodsi paucis diebus prohibuit, deinde poenitentiam agit, omniaque colono in integro sunt, nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet. Item utiliter ex conducto agit is, cui secundum conventionem non praestantur, quae convenerant,

22. [25.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXIV.—Asimismo, si no habiéndose pagado el precio hubiera quedado sin comprar la cosa, habrá entonces la acción de locación.

§ 1.—Mas siempre que se dá á hacer alguna cosa hay locación.

§ 2.—Cuando se dá á edificar una casa en un sitio, de suerte que el arrendatario lo haga todo á su costa, me transfiere ciertamente la propiedad de ello, y sin embargo hay locación; porque el constructor dá en arrendamiento su trabajo, esto es, la necesidad de hacerla.

§ 3.—Así como en el comprar y vender está naturalmente permitido comprar por menos lo que valga más, y vender por más lo que valga menos, y de este modo engañarse mutuamente, así también es de derecho en las locaciones y conducciones;

23. [26.] HERMOGENIANO; Epitome del Derecho, libro II.—y por esto, no puede rescindirse la locación so pretexto de haberse hecho la locación por menos pensión, si no pudiera probarse dolo alguno del adversario.

24. [27.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXIV.—Si en un pacto de la locación se hubiera expresado, que se apruebe la obra á arbitrio del dueño, se considera lo mismo que si se hubiese expresado el arbitrio de buen varón. Y lo mismo se observa, si se hubiera consignado el arbitrio de otro cualquiera; porque exige la buena fé, que se dé tal arbitraje, cual conviene á un buen varón, y este arbitraje se refiere á la calidad de la obra, no á la prórroga del tiempo, que se haya limitado en un pacto, si esto mismo no se hubiera comprendido en el contrato. A lo cual es consiguiente, que sea nula la aprobación hecha con dolo del arrendatario, para que pueda ejercitarse la acción de locación.

§ 1.—Si un colono hubiere dado en arrendamiento un fundo, los bienes del segundo arrendatario no quedan obligados al dueño; pero los frutos permanecen en la condición de prenda, así como estarían, si el primer colono los hubiese percibido.

§ 2.—Si se hubiera dado en arrendamiento una casa ó un fundo con pensiones por un quinquenio, puede el dueño, si el inquilino ó el colono hubiere abandonado la habitación ó el cultivo del fundo, reclamar inmediatamente contra ellos.

§ 3.—Pero también puede reclamar igualmente por las cosas que debieron hacer inmediatamente, por ejemplo, porque terminasen alguna obra, ó hiciesen plantaciones.

§ 4.—El colono, si á él no le fuera lícito disfrutar, reclamará desde luego con razón respecto de todo el quinquenio, aunque el dueño del fundo le permita disfrutar en los demás años; pues no siempre se librará el señor porque permita disfrutar del fundo en el segundo ó el tercer año; porque el que expulsado de un arrendamiento se trasladó á otro fundo como colono, no ha de atender á los dos, ni estará obligado por razón de las pensiones, y conseguirá cuanta ganancia había de obtener en cada año; porque es tardía la permisión de disfrutar, que se ofrece en tiempo en que el colono no puede disfrutar, ligado ya á otras cosas. Pero si se lo impidió por pocos días, y después mostró arrepentimiento, y todo está integro para el colono, la morosidad de pocos días no disminuirá nada de la

(1) ἐπιτρομὴν, Hal.

(2) Hal. Vulg.; velut, (omitiendo ut), el códice Fl.

(3) Hal.; patietur, el códice Fl.

sive prohibeatur frui a domino vel ab extraneo, quem dominus prohibere potest.

§ 5.—Qui in plures annos fundum locaverat, testamento suo damnavit heredem, ut conductorem liberaret; si non patiatur heres eum reliquo tempore frui, est ex conducto actio; quodsi patiatur, nec mercedes remittat, ex testamento tenetur.

25. [28.] GAIUS libro X. ad Edictum provinciale.—Si merces promissa sit generaliter alieno arbitrio, locatio et conductio contrahi non videtur; sin autem quanti Titius aestimaverit, sub hac conditione stare locationem, ut, si quidem ipse, qui nominatus est, mercedem definierit, omnimodo secundum eius aestimationem et mercedem persolvi oporteat, et conductionem ad effectum pervenire; sin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo esse conductionem, quasi nulla mercede statuta.

§ 1.—Qui fundum fruendum vel habitationem alicui locavit, si aliqua ex causa fundum vel aedes vendat, curare debet, ut apud emptorem quoque eadem pactione et colono frui, et inquilino habitare liceat; alioquin prohibitus is aget cum eo ex conducto.

§ 2.—Si vicino aedificante obscurentur lumina coenaculi, teneri locatorem inquilino; certe, quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio est. De mercedibus quoque, si cum eo agatur, reputationis ratio habenda est. Eadem intelligemus, si ostia fenestrasve nimium corruptas locator non restituat.

§ 3.—Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet, et ante omnia colonus curare debet, ut opera rustica suo quoque tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriore fundum faceret; praeterea villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat.

§ 4.—Culpae autem ipsius et illud adnumeratur, si propter inimicitias eius vicini arbores exciderit.

§ 5.—Ipse quoque si exciderit, non solum ex locato tenetur, sed etiam lege Aquilia, et ex lege duodecim tabularum arborum furtim caesarum, et interdicto Quod vi aut clam; sed utique iudicis, qui ex locato indicat, officio continetur, ut ceteras actiones locator omittat.

§ 6.—Vis maior, quam Graeci *ἄνευ βίας* (1) [*vim divinam*] appellant, non debet conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est, laesi fuerint fructus; alioquin modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferatur. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit; alioquin par-

obligación. Asimismo ejercita útilmente la acción de conducción aquel á quien no se entregan conforme al convenio las cosas que se habían convenido, ya si se le prohibiera disfrutar por el dueño, ó por un extraño, al cual el dueño se lo puede impedir.

§ 5.—Uno que había dado en arrendamiento un fundo por muchos años, obligó en su testamento á su heredero á que considerase pagado al arrendatario; si el heredero no permitiera que él disfrutara por el tiempo restante, hay la acción de conducción; pero si lo permitiera, y no condonase las pensiones, se obliga en virtud del testamento.

25. [28.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro X.*—Si se hubiera prometido pensión á arbitrio de otro en general, no se considera que se verifican locación y conducción; pero si en cuanto Ticio hubiere estimado, se verifica locación bajo esta condición, que si verdaderamente el que fué nombrado hubiere fijado la pensión, debe pagarse de todos modos la pensión conforme á su estimación, y llevarse á efecto la conducción; pero si él ó no hubiere querido, ó no hubiere podido fijar la pensión, en este caso es nula la conducción, como si no se hubiese fijado pensión alguna.

§ 1.—El que dió en arrendamiento á alguno un fundo para disfrutarlo, ó la habitación, si por alguna causa vendiera el fundo, ó la casa, debe cuidar de que también con el comprador les sea lícito al colono disfrutar, y al inquilino habitar por el mismo pacto; de otra suerte, aquel á quien se le hubiere prohibido ejercitará contra él la acción de conducción.

§ 2.—Si edificando el vecino se oscurecieren las luces de un cenáculo, el arrendador se obliga al inquilino; y ciertamente no hay duda alguna de que sea lícito al colono ó al inquilino dejar el arrendamiento. Y también respecto á las pensiones, si contra él se ejercitara acción, se ha de tener cuenta de la rebaja. Lo mismo entenderemos, si el arrendador no reparase las puertas y ventanas demasiado estropeadas.

§ 3.—El arrendatario debe hacerlo todo conforme al contrato del arrendamiento, y ante todo debe cuidar el colono de hacer á su tiempo las labores del campo, para que el cultivo fuera de tiempo no deteriore el fundo; además debe tener cuidado de las casas de campo, de suerte que las tenga sin deterioro.

§ 4.—Pero también se imputa á culpa del mismo, si por enemistades hubiere su vecino cortado los árboles.

§ 5.—También si los hubiere cortado él mismo, se obliga no solamente por la acción de locación, sino también por la de la ley Aquilia, y por la de la ley de las Doce Tablas sobre árboles cortados furtivamente, y por el interdicto de lo que se hace por fuerza ó clandestinamente; pero contiénesese ciertamente en el ministerio del juez, que juzga de la acción de locación, que el arrendador omita las demás acciones.

§ 6.—La fuerza mayor, que los griegos llaman fuerza de Dios, no debe ser perjudicial al arrendatario, si hubieren sido lesionados los frutos más de lo que es tolerable; de otra suerte, el daño moderado debe soportarlo con ánimo sereno el colono, al cual no se le quita la inmoderada ganancia. Pero es claro que hablamos del colono que tomó en

(1) quam Graeci exhibitiani appellant, *Vulg.*

tiarius colonus quasi societatis iure et damnum, et lucrum cum domino fundi partitur.

§ 7.—Qui columnam transportandam conduxit, si ea, dam tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit, ita id periculum praestat, si qua ipsius eorumque, quorum opera uteretur, culpa acciderit; culpa autem abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque observaturus fuisset. Idem scilicet intelligemus, et si dolia vel tignum transportandum aliquis conduxerit. Idemque etiam ad ceteras res transferri potest.

§ 8.—Si fullo aut sarcinator vestimenta perderit, eoque nomine domino satisfecerit, necesse est domino vindicationem eorum et conditionem cedere.

26. [29.] ULPIANUS libro II. *Disputationum*.—In operis duobus simul locatis convenit, priori conductori ante satisfieri.

27. [30.] ALFENUS libro II. *Digestorum*.—Habitatores non, si paulo minus commode aliqua parte coenaculi uterentur, statim deductionem ex mercede facere oportet; ea enim conditione habitatores esse, ut, si quid transversarium incidisset, quamobrem dominum aliquid demoliri opereretur, aliquam partem parvulam incommodi sustineret, non ita tamen, ut eam partem coenaculi dominus aperuisset, in quam magnam partem usus habitator haberet.

§ 1.—Iterum interrogatus est, si quis timoris causa emigrasset, deberet mercedem, necne? Respondit, si (1) causa fuisset, cur periculum timeret, quamvis periculum vere non fuisset, tamen non debere mercedem; sed si causa timoris iusta non fuisset, nihilominus debere.

28. [31.] LABEO libro IV. *Posteriorum Iavoleni* (2) *epitomatorum*.—Quodsi domus (3) habitatione conductor aeque usus fuisset, praestitutum (4).

§ 1.—Etiam eius domus mercedem, quae vitium fecisset, deberi putat.

§ 2.—Idem iuris esse, si potestatem conducenti habebat, uti pretium conductionis praestaret. Sed (5) si locator conductori potestatem conducenti domus non fecisset, et is, in qua habitaret, conduxisset, tantum ei praestandum putat, quantum sine dolo malo praestitisset. Ceterum si gratuitam habitationem habuisset, pro portione temporis ex locatione domus deducendum esse.

29. [32.] ALFENUS libro VII. *Digestorum*.—In lege locationis scriptum erat: «redemptor silvam ne caedit, neve cingit, neve deurito, neve quem cingere, caedere, urere sinito»; quaerebatur, utrum redemptor, si quem quid earum rerum facere vidisset, prohibere deberet, an etiam ita silvam custodire, ne quis id facere possit? Respondi, verbum

arrendamiento por dinero contado; de otro modo, el colono aparcerero comparte con el dueño, como por derecho de sociedad, así la pérdida, como la ganancia.

§ 7.—El que tomó, en arriendo el transportar una columna, si mientras se carga, ó se transporta, ó se descarga, se hubiera roto esta, es responsable de este riesgo, si hubiere acontecido por culpa de él mismo, y de aquellos cuyo trabajo utilizase; mas está exento de culpa, si hizo todo lo que hubiese de haber tenido en cuenta otro cualquiera muy diligente. Lo mismo, por supuesto, entenderemos, también si alguno hubiere tomado en arrendamiento el transportar tinajas ó vigas. Y lo mismo puede aplicarse también á las demás cosas.

§ 8.—Si el lavadero ó el sastre hubiere perdido los vestidos, y por este motivo hubiere pagado al dueño, tiene el dueño necesidad de cederle la reivindicación y la condición de los mismos.

26. [29.] ULPIANO; *Disputas, libro II*.—Tratándose de servicios dados en arrendamiento á dos simultáneamente, es conveniente que se satisfaga antes al primer arrendatario.

27. [30.] ALFENO; *Digesto, libro II*.—Silos habitadores usasen de alguna parte de un cenáculo con poca menos comodidad, no deben hacer desde luego descuento de la pensión; porque el habitador lo es con la condición de que si hubiese sobrevenido alguna contrariedad, por la cual el dueño debiese demoler algo, soportaría alguna pequeña parte de incomodidad, pero no de suerte que el dueño hubiese abierto aquella parte del cenáculo en la que el habitador tuviera la mayor parte de su uso.

§ 1.—De nuevo se le preguntó, si alguno hubiese emigrado por causa de temor, ¿debería, ó no, la pensión? Respondió, que si hubiese habido causa para que temiese un peligro, aunque verdaderamente no hubiese habido peligro, no debe, sin embargo, la pensión; pero que si la causa del temor no hubiese sido justa, la debe no obstante.

28. [31.] LABEON; *Obras póstumas compendias por Javoleno, libro IV*.—Pero si el arrendatario de la casa hubiese usado igualmente de la habitación, habrá de pagar.

§ 1.—También opina que se debe el alquiler de la casa que hubiese contraído algún vicio.

§ 2.—El mismo derecho hay, si tenía facultad para tomarla en arrendamiento, para que pague el precio de la conducción. Pero si el arrendador no hubiese dado facultad al arrendatario para tomar en arrendamiento la casa, y éste hubiese tomado en arrendamiento aquella en que habitase, opina que se le ha de pagar tanto cuanto hubiese dado sin dolo malo. Pero que si hubiese tenido habitación gratuita, se ha de deducir de la locación de la casa á proporción del tiempo.

29. [32.] ALFENO; *Digesto, libro VII*.—Se había escrito en el contrato de locación: «no corte el arrendatario el bosque, ni lo descortee, ni lo quemé, ni deje que alguien lo descortee, corte, ó quemé»; se preguntaba, ¿debería acaso el arrendatario prohibirla, si hubiese visto que alguien hacia alguna de estas cosas, ó custodiar también el bosque

(1) iusta, inserta la *Vulg.*

(2) Según corrección del código *Fl.*, *Br.*; *Posteriorum epitomatorum Iavoleni, Taur.* según la escritura original; Iavolenus libro III. ex posterioribus Labeonis, *Hal.*

(3) *Hal.*; domi, el código *Fl.*

(4) usus fuisset, etiam eius domus, *Vulg.*

(5) et, al margen interior del código *Fl.*

«sinere» utramque habere significationem, sed locatorem potius id videri voluisse, ut redemptor non solum, si quem casu vidisset silvam caedere, prohiberet, sed uti curaret et daret operam, ne quis caederet.

30. [33.] IDEM libro III. *Digestorum a Paulo epitomatorum*.—Qui insulam triginta conduxerat, singula coenacula ita locavit (1), ut quadraginta ex omnibus colligerentur; dominus insulae, quia aedificia vitium facere diceret, demolierat eam; quaesitum est, quanti lis aestimari deberet, si is, qui totam conduxerat, ex conducto ageret? Respondit, si vitiatum aedificium necessario demolitus (2) esset, pro portione, quanti dominus praediorum locasset, quod eius temporis habitatores habitare non potuissent, rationem duci, et tanti litem aestimari; sin autem non fuisset necesse demoliri, sed, quia melius aedificare vellet, id fecisset, quanti conductoris interesset, habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

§ 1.—Aedilis in municipio balneas conduxerat, ut eo anno municipes gratis lavarentur; post tres menses incendio facto (3), respondit, posse agi cum balneatore ex conducto, ut pro portione temporis, quo lavationem non praestitisset, pecuniae contributio fieret.

§ 2.—Qui mulas ad certum pondus oneris locaret, quum maiore onere conductor eas rupisset, consulebat de actione; respondit, vel lege Aquilia, vel ex locato recte eum agere; sed lege Aquilia tantum cum eo agi posse, qui tum mulas agitasset, ex locato, etiamsi alius eas rupisset, cum conductore recte agi.

§ 3.—Qui aedem faciendam locaverat, in lege dixerat: «quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide et manu (4) pretio dominus redemptori in pedes singulos septem (5) dabit»; quaesitum est, utrum factum opus, an etiam imperfectum metiri oporteret? Respondit, etiam imperfectum.

§ 4.—Colonus villam hac lege acceperat, ut incorruptam redderet praeter vim et vetustatem; coloni servus villam incendit non fortuito casu; non videri eam vim exceptam respondit, nec id pactum esse, ut si aliquis domesticus eam incendisset, ne praestaret, sed extrariam vim utrosque excipere voluisse.

31. [34.] IDEM libro V. *Digestorum a Paulo epitomatorum*.—In navem Saufei (6) quum complures frumentum confuderant (7), Saufeiuni

de modo que nadie pudiera hacerla? Respondi, que la palabra «dejar» tiene ambas significaciones, pero que parece que el arrendador más bien quiso esto, no solamente que el arrendatario lo prohibiese, si por casualidad hubiese visto que alguien cortaba el bosque, sino que cuidase y procurase que nadie lo cortase.

30. [33.] EL MISMO; *Digesto compendiado por Paulo, libro III.*—El que por treinta había tomado en arrendamiento una casa, subarrendó cada cenáculo de modo, que de todos se percibiesen cuarenta; el dueño de la casa, como dijese que el edificio contraía vicio, la había demolido; se preguntó, ¿en cuánto se debería estimar el litigio, si el que la había tomado toda en arrendamiento ejercitase la acción de conducción? Respondió, que si por necesidad hubiese demolido el edificio viciado, se forma la cuenta á proporción de la cantidad en que el dueño de los predios los hubiese dado en arrendamiento, y del tiempo que no hubiesen podido habitarlos los habitantes, y en tanto se estima el litigio; mas que si no hubiese sido necesario demolerlo, pero lo hubiese hecho porque quisiera edificarlo mejor, debe ser condenado en tanto cuanto interesase al arrendatario que no se fuesen los habitantes.

§ 1.—El Edil había tomado en arrendamiento unos baños en el municipio, para que en aquel año se lavasen de balde los ciudadanos del municipio; habiéndose producido un incendio después de tres meses, respondió, que podía ejercitarse contra el bañero la acción de conducción, para que se hiciera compensación del precio á proporción del tiempo que no hubiese prestado el servicio de baños.

§ 2.—Uno que había dado en arrendamiento mulas para determinada carga, habiéndolas reventado el arrendatario con mayor carga, consultaba respecto á su acción; respondió, que con razón ejercitaba él ó la de la ley Aquilia, ó la de locación; pero que la de la ley Aquilia podía ejercitarse solamente contra aquel que entonces hubiese andado con las mulas, y la de locación, aunque otro las hubiese reventado, con razón se ejercita contra el arrendatario.

§ 3.—Uno que había dado en arrendamiento la construcción de una casa, había dicho en el contrato: «mientras para la obra hubiere necesidad de piedra, el dueño dará al arrendatario siete como precio por la piedra y mano de obra por cada pie»; se preguntó, deberá acaso medirse la obra hecha, ó también la no concluida? Respondió, que también la no concluida.

§ 4.—Un colono había recibido la casa de campo con esta condición, que la devolviera sin deterioro, salvo el caso de fuerza, y el de vejez; un esclavo del colono incendió la casa no por caso fortuito; respondió, que no se consideraba exceptuado este caso de fuerza, y que no se pactó esto, que si algún doméstico la hubiese incendiado no sería aquél responsable de ello, sino que ambos quisieron exceptuar la fuerza extraña.

31. [34.] EL MISMO; *Digesto compendiado por Paulo, libro V.*—Habiendo mezclado muchos su trigo en la nave de Saufeyo, Saufeyo había devuel-

(1) Hal.; conduxit, Taur. según la escritura original.

(2) demolitum, Vulg.

(3) combusta sunt, inserta Hal.

(4) manus, Hal.

(5) septena, Hal.

(6) Taur. según reciente corrección del código Fl.; au-
fei, según la escritura original, Br.

(7) Según corrección del código Fl., Br.; confunderant,
Taur. según la escritura original.

ex his frumentum reddiderat de communi, et navis perierat; quaesitum est, an ceteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possunt oneris averse actione? Respondit, rerum locatarum duo genera esse, ut aut idem redderetur, sicuti quum vestimenta falloni curanda locarentur, aut eiusdem generis redderetur, veluti quum argentum pusillatum (1) fabro daretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut annuli; ex superiore causa rem domini manere, ex posteriore in creditum iri. Idem iuris esse in deposito; nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clausam, neque obsignatam traderet, sed adnumeraret, nihil aliud eum debere, apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniae solvere (2); secundum quae videri triticum factum Saufeii, et recte datum. Quodsi separatim tabulis, aut aeronibus (3), aut in alia cupa (4) clausum uniuscuiusque triticum fuisset, ita ut internosci posset, quid cuiusque esset, non potuisset nos permutationem facere, sed tum posse eum, cuius fuisset triticum, quod nauta solvisset, vindicare; et ideo se improbare actiones oneris averse, quia sive eius generis essent merces, quae nautae traderentur, ut continuo eius fierent, et mercator in creditum iret, non videretur onus esse aversum, quippe quod nautae fuisset, sive eadem res, quae tradita esset, reddi deberet, furti esse actionem locatori, et ideo supervacuum esse iudicium oneris averse. Sed si ita datum esset, ut in simili re solvi possit, conductorem culpam duntaxat debere; nam in re, quae utriusque causa contraheretur, culpam debere, neque omnimodo culpam esse, quod uni reddidisset ex frumento, quoniam alicui primum reddere eum necesse fuisset, tametsi meliorem eius conditionem faceret, quam ceterorum.

32. [35.] IULIANUS libro IV. ex Minicio (5).—Qui fundum colendum in plures annos locaverat, decessit, et eum fundum legavit; Cassius negavit, posse cogi colonum, ut eum fundum coleret, quia nihil heredis interesset. Quodsi colonus vellet colere, et ab eo, cui legatus esset fundus, prohiberetur, cum herede actionem colonum habere, et hoc detrimentum ad heredem pertinere, sicuti si quis rem, quam vendidisset, necdum tradidisset, alii legasset, heres eius emtori et legatario esset obligatus.

33. [36.] AFRICANUS libro VIII. Quaestionum.—Si fundus, quem mihi locaveris, publicatus sit, teneri te actione ex conducto, ut mihi frui liceat, quamvis per te non stet, quominus id praestes. Quemadmodum, inquit, si insulam aedificandam locasses, et solum corruisset, nihilominus teneberis; nam et si vendideris mihi fundum, isque, priusquam vacuus traderetur, publicatus fuerit, tenea-

2. *IDEM libro V. ad Plautium.*—Aristo ait, quoniam permutatio vicina esset emtioni, sanum quoque, furtis noxisque solutum, et non esse fugitivum servum praestandum, qui ex (7) causa (8) daretur.

TIT. V

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ET IN FACTUM ACTIONIBUS (9)

[Cf. Cod. IV. 64.]

1. *PAPINIANUS libro VIII. Quaestionum.*—Nonnunquam evenit, ut cessantibus iudiciis proditis et vulgaribus actionibus, quum proprium nomen invenire non possumus, facile descendamus (10) ad eas, quae in factum appellantur. Sed ne res exemplis egeat, paucis agam.

§ 1.—Domino mercium in magistrum navis, si sit incertum, utrum navem conduxerit, an merces vehendas locaverit, civilem actionem in factum esse dandam, Labeo scribit.

§ 2.—Item si quis pretii explorandi gratia rem tradat, neque depositum, neque commodatum erit;

es el precio, y otra lo que se vende; mas en la permuta no puede discernirse cuál sea el comprador, cuál el vendedor, y difieren mucho las prestaciones. Porque el comprador, si no hubiere hecho de que lo recibe el dinero, se obliga por la acción de venta, y al vendedor le basta obligarse por razón de evicción á entregar la posesión, y á justificarse de dolo malo; y así, si la cosa no hubiera sido reivindicada, nada debe. Pero en la permuta, si por ambas partes hay precio, la cosa debe hacerse de una y de otra, y si mercancía, de ninguna de las dos; pero debiendo haber así cosa, como precio, no puede conocerse cuál de ellos sea mercancía, ¿cuál precio, ni consiente la razón que una y la misma cosa sea vendida, y sea precio de la compra.

§ 1.—Por lo cual, si la cosa que yo hubiere recibido, ó dado, fuera reivindicada después, se responde que se ha de dar la acción por el hecho.

§ 2.—Asimismo, la compra y venta se verifica por la nuda voluntad de los que en ella consienten, pero la permuta dá principio á la obligación con la cosa entregada, y de otra suerte, si la cosa aún no hubiera sido entregada, diremos que la obligación se constituye por el sólo consentimiento, lo que solamente está admitido en los contratos que tienen nombre propio, como en la compra, en la venta, en la conducción, y en el mandato.

§ 3.—Y por esto dice Pedio, que el que dá una cosa ajena no verifica permuta alguna.

§ 4.—Así pues, hecha por una de las partes la entrega, si el otro no quisiera entregar la cosa, no ejercitaremos acción por lo que nos importa haber recibido aquella cosa, sobre la que se convino, sino que, para que se nos devuelva la cosa, tiene lugar la condición, cual si no se hubiera verificado la permuta.

2. *EL MISMO; Comentarios á Paucio, libro V.*—Dice Aristón, que como la permuta es semejante á la compra, se ha de responder también de que está sano, y exento de hurtos y de daños, y de que no es fugitivo el esclavo, que se diese por causa de permuta.

TÍTULO V

DE LAS ACCIONES «PRAESCRIPTIS VERBIS», Y POR EL HECHO

[Véase Cod. IV. 64.]

1. *PAPINIANO; Cuestiones, libro VIII.*—A veces sucede, que en defecto de juicios manifestos, y de acciones vulgares, cuando no podemos hallar nombre propio, recurrimos fácilmente á las que se llaman por el hecho. Mas para que la cosa no necesite de ejemplos, la trataré en breves palabras.

§ 1.—Escribe Labeo, que se ha de dar la acción civil por el hecho al dueño de las mercancías contra el patrón de la nave, si fuera incierto si haya tomado en arrendamiento la nave, ó si haya dado en arrendamiento las mercancías para que sean transportadas.

§ 2.—Asimismo, si alguno entregase una cosa para que se averigüe su precio, no será ni depósi-

(1) Según antigua corrección del código Fl., Br.; utrumque, *Taur.* según la escritura original.

(2) non potest discerni, quid eorum sit pretium, et quid veneat, *Hal.*

(3) utrinque, inserta la *Vulg.*

(4) *Vulg.*; ut, (en lugar de quod), el código Fl.

(5) *Taur.*; res, (en lugar de interest), el código Fl.

(6) nostra, inserta *Hal. Vulg.*

(7) ea, inserta *Hal.*

(8) permutationis, inserta la *Vulg.*

(9) ACTIONE, *Hal.*

(10) *Hal. Vulg.*; descendemus, el código Fl.

sed non exhibita fide in factum civilis subiicitur actio;

2. CELSUS libro VIII. (1) *Digestorum*.—nam, quum deficiant vulgaria atque usitata actionum nomina, praescriptis verbis agendum est,

3. IULIANUS libro XIV. *Digestorum*.—in quam necesse est confugere, quoties contractus existunt, quorum appellationes nullae (2) iure civili proditae sunt;

4. ULPIANUS libro XXX. *ad Sabinum*.—natura enim rerum conditum est, ut plura sint negotia, quam vocabula.

5. PAULUS libro V. (3) *Quaestionum*.—Naturalis meus filius servit tibi, et tuus filius mihi; convenit inter nos, ut et tu meum manumitteres, et ego tuum; ego manumisi, tu non manumisisti; qua actione mihi tenearis (4), quaesitum est. In hac quaestione totius ob rem dati tractatus inspicere potest, qui in his competit speciebus. Aut enim do tibi, ut des, aut do, ut facias, aut facio, ut des, aut facio, ut facias; in quibus quaeritur, quae obligatio nascatur.

§ 1.—Et si quidem pecuniam dem, ut rem accipiam, emptio et venditio est, sin autem rem do, ut rem accipiam, quia non placet, permutationem rerum emptionem esse, dubium non est, nasci civilem obligationem; in qua actione id veniet, non ut reddas, quod acceperis, sed ut damneris mihi, quanti interest mea, illud, de quo convenit, accipere, vel si meum recipere velim, repetatur, quod datum est, quasi ob rem datum re non secuta. Sed si scyphos tibi dedi, ut Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat culpam praestare debes. Explicitus est articulus ille, do, ut des (5).

§ 2.—At quum do, ut facias, si tale sit factum, quod locari solet, puta ut tabulam pingas, pecunia data locatio erit, sicut superiore casu emptio; si res, non erit locatio, sed nascetur vel civilis actio in hoc, quod mea interest, vel ad repetendum conditio. Quodsi tale est factum, quod locari non possit, puta ut servum manumittas, sive certum tempus adiectum est, intra quod manumittatur, idque, quum potuisset manumitti, vivo servo transierit, sive finitum non fuit, et tantum temporis consumtum sit, ut potuerit debueritque manumitti, condici ei potest, vel praescriptis verbis agi; quod his, quae diximus, convenit. Sed si dedi tibi servum, ut servum tuum manumitteres, et manumisisti, et is, quem dedi, evictus est, si sciens dedi, de dolo in me dandam actionem Iulianus scribit, si ignorans, in factum civilem.

§ 3.—Quodsi faciam, ut des, et posteaquam feci, cessas dare, nulla erit civilis actio, et ideo de dolo dabitur.

§ 4.—Sed si facio, ut facias, haec species tractatus plures recipit. Nam si pacti sumus, ut tu a meo debitore Carthagine exigas, ego a tuo Romae,

to, ni comodato; pero no habiéndose mostrado buena fe, se dá la acción civil por el hecho;

2. CELSO; *Digesto, libro VIII*.—porque cuando faltan los nombres vulgares y usuales de las acciones, se ha de ejercitar la de *praescriptis verbis*,

3. JULIANO; *Digesto, libro XIV*.—á la que es necesario recurrir cuando existen contratos cuyos nombres no han sido manifestados en el derecho civil;

4. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXX*.—porque por la naturaleza de las cosas se hizo que sean más los negocios, que las palabras.

5. PAULO; *Cuestiones, libro V*.—Mi hijo natural te presta servidumbre, y tu hijo á mi; se convino entre nosotros, que tú manumitieras al mío, y yo al tuyo; yo lo manumití, y tú no lo manumitiste; se preguntó, por qué acción me estarás obligado. En esta cuestión puede verse el tratado de todo lo que se dá por causa de una cosa, el cual compete en estos casos. Porque ó te doy para que des, ó doy para que hagas, ó hago para que des, ó hago para que hagas; en cuyos casos se pregunta qué obligación nazca.

§ 1.—Y si verdaderamente yo diera dinero para recibir una cosa, es compra y venta, pero si doy una cosa para recibir otra, como no parece bien que la permuta de cosas sea compra, no hay duda de que nace obligación civil; en cuya acción se comprenderá esto, no que devuelvas lo que hubieres recibido, sino que seas condenado á mi favor en cuanto me interesa recibir aquello que se convino, ó que, si yo quisiera recobrar lo mío, se repita lo que se dió, como dado por cosa que no se siguió. Pero si te di tazas para que me dieras á Stico, Stico estará á mi riesgo, y tú debes prestar únicamente la culpa. Explicado queda el caso aquel de doy para que des.

§ 2.—Mas cuando doy para que hagas, si el hecho fuera una cosa tal, que suele darse en arrendamiento, por ejemplo, que pintes un cuadro, habiéndose dado dinero, será locación, como compra en el caso anterior; y si una cosa, no será locación, pero nacerá ó la acción civil por lo que me importa, ó la condición para repetirla. Pero si el hecho es tal, que no pueda darse en arrendamiento, por ejemplo, que manumitas á un esclavo, ya si se expresó cierto tiempo, dentro del que sea manumitido, y habiendo podido ser manumitido, hubiere transcurrido aquel viviendo el esclavo, ya si no se limitó, y haya transcurrido tanto tiempo, que hubiere podido y debido ser manumitido, se puede ejercitar contra él la condición, ó intentar la acción *praescriptis verbis*; lo cual conviene con lo que hemos dicho. Pero si te di un esclavo, para que manumitieras á un esclavo tuyo, y lo manumitiste, y este que yo di fué reivindicado, si lo di á sabiendas, escribe Juliano que se ha de dar contra mí la acción de dolo, y si ignorándolo, la civil por el hecho.

§ 3.—Pero si yo hiciera para que des, y después que hice dejas de dar, no habrá ninguna acción civil, y por esto se dará la de dolo.

§ 4.—Pero si hago para que hagas, esta especie de contrato admite muchas maneras. Porque si pactamos que tú cobres de mi deudor en Cartago, y

(1) IX., *Hal.*
(2) nullo, *Vulg.*
(3) XV., *Hal.*

(4) *Hal. Vulg.*; teneris, *el código Fl.*
(5) Explicitus—des, *omitelas Hal.*

vel ut tu in meo, ego in tuo solo aedificem, et ego aedificavi, et tu cessas, in priorem speciem mandatum quodammodo intervenisse videtur, sine quo exigi pecunia alieno nomine non potest; quamvis enim et impendia sequantur, tamen mutuum officium praestamus. Et potest mandatum ex pacto etiam naturam suam excedere; possum enim tibi mandare, ut et custodiam mihi praestes, et non plus impendas in exigendo, quam decem; et si eandem quantitatem impenderimus (1), nulla dubitatio est, sin autem aliter (2) fecit, ut et hic mandatum intervenisse videatur, quasi refundamus invicem impensas; neque enim de re tua tibi mando. Sed tutius erit, et in insulis fabricandis, et in debitoribus exigendis praescriptis verbis dari actionem; quae actio similis erit mandati actioni, quemadmodum in superioribus casibus locationi et emtionem.

§ 5.—Si ergo haec sunt, ubi de faciendo ab utroque convenit, et in proposita quaestione idem dici potest, et necessario sequitur, ut eius fiat condemnatio, quanti interest mea, servum habere, quem manumisi. An deducendum erit, quod libertum habeo? Sed hoc non potest aestimari.

6. NERATIUS libro I. *Responsorum*.—Insulam hoc modo, ut aliam insulam reficeres, vendidi; respondit, nullam esse venditionem; sed civili intentione incerti agendum est (3).

7. PAPINIANUS libro II. *Quaestionum*.—Si tibi decem dederam, ut Stichum manumittas, et cessaveris, confestim agam praescriptis verbis, ut solvas, quanti mea interest, aut si nihil interest, condicam tibi, ut decem reddas.

8. IDEM libro XXVII. *Quaestionum*.—Si dominus servum, quum furti (4) argueretur, quaestionis habendae causa aestimatum dedisset, neque de eo compertum fuisset, et is non redderetur, eo nomine civiliter agi posse, licet aliquo casu servum retenturus esset, qui traditum accepisset. Potest enim retinere servum, sive dominus pro eo pecuniam elegeret, sive in admissio deprehensus fuisset; tunc enim et datam aestimationem reddi a domino oportere. Sed quaesitum est, qua actione pecunia, si eam dominus elegeret, peti posset? Dixi, tametsi quod inter eos ageretur, verbis quoque stipulationis conclusum non fuisset, si tamen lex contractus non lateret, praescriptis verbis incerti et hic agi posse, nec videri nudum pactum intervenisse, quoties certa lege dari probaretur.

9. IDEM libro XI. *Responsorum*.—Ob eam causam accepto liberatus, ut nomen Titii debitoris delegaret, si fidem contractus non impleat, incerti actione tenebitur. Ita que iudicis officio non vetus

yo del tuyo en Roma, ó que tú edifiques en un solar mío, y yo en otro tuyo, y yo edifique, y tú no, parece que en el primer caso medió en cierto modo mandato, sin el que no puede cobrarse el dinero en nombre de otro; porque aunque también se sigan gastos, nos prestamos, sin embargo, mútuo servicio. Y puede el mandato exceder también de su naturaleza en virtud de pacto; porque puedo mandarte que me respondas también de la custodia, y que para cobrar no gastes más de diez; y si hubiéremos gastado la misma cantidad, no hay duda alguna, pero si procedió de otro modo, que también en este caso parezca que medió mandato, como si para que mútuamente nos abonemos los gastos; porque no te mando respecto de lo tuyo. Pero será más seguro, así respecto de la edificación de casas, como del cobro á deudores, que se dé la acción *praescriptis verbis*; cuya acción será semejante á la de mandato, así como en los casos anteriores á la de locación, y á la de compra.

§ 5.—Si, pues, esto es así cuando por ambas partes se convino hacer, también puede decirse lo mismo en el caso propuesto, y síguese por necesidad que se haga la condena por tanto cuanto me interesa tener el esclavo, que manumití. ¿Se habrá de deducir acaso que tengo un liberto? Mas esto no puede estimarse.

6. NERACIO; *Respuestas, libro I*.—Vendí una casa de este modo, para que reparases otra casa; respondió, que no había venta; sino que se ha de entablar la demanda de cosa incierta.

7. PAPINIANO; *Cuestiones, libro II*.—Si yo te hubiere dado diez para que manumittas á Stico, y no lo hubieres hecho, ejercitaré desde luego la acción *praescriptis verbis*, para que pagues lo que me importa, ó si nada me importa, intentaré contra tí la condición, para que me devuelvas los diez.

8. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVII*.—Si el señor hubiese dado apreciado un esclavo, estando acusado de hurto, para que se le diese tormento, y no se hubiese averiguado nada de aquel, y él no fuera devuelto, puede ejercitarse por tal motivo acción civil, aunque en algún caso hubiese de retener al esclavo el que lo hubiese recibido cuando fué entregado. Porque puede retener al esclavo, ya si el señor hubiese preferido dinero en lugar de él, ya si hubiese sido sorprendido en el delito; porque entonces hasta la estimación entregada debe ser devuelta por el señor. Pero se preguntó, ¿con qué acción se podría pedir el dinero, si el señor lo hubiese preferido? Dije, que aunque lo que entre ellos se tratase no se hubiese comprendido también en las palabras de la estipulación, si, no obstante, no estuviese oculta la obligación del contrato, puede ejercitarse también en este caso la acción *praescriptis verbis* de cosa incierta, y no parece que medió nudo pacto, siempre que se probase que se dá en virtud de cierta obligación.

9. EL MISMO; *Respuestas, libro XI*.—El que por aceptación quedó libre por esta causa, para que delegase un débito del deudor Ticio, si no cumpliera el compromiso del contrato, se obligará por

(1) Hal.; impenderemus, el código Fl.

(2) Vulg.; alter, el código Fl.

(3) Taur. según la escritura original; est, omitela según reciente corrección del código Fl., Br.

(4) Según corrección del código Fl., Br.; furto, Taur. según la escritura original.

obligatio restaurabitur, sed promissa praestabitur, aut (1) condemnatio sequetur.

10. IAVOLENUS libro XIII. *Epistolarum* (2).—Partis tertiae usumfructum legavit, heredis bona ab eius creditoribus distracta sunt, et pecuniam, quae ex aestimatione partis tertiae fiebat, mulier accepit fruendi causa, et per ignorantiam stipulatio praetermissa est; quaero, an ab herede mulieris pecunia, quae fruendi causa data est, repeti possit, et qua actione? Respondi (3), in factum actionem dari debere.

11. POMPONIUS libro XXXIX. (4) *ad Quintum Mucium*.—Quia actionum non plenus numerus esset, ideo plerumque actiones in factum desiderantur. Sed et eas actiones, quae legibus proditae sunt, si lex iusta ac necessaria sit, supplet Praetor in eo, quod legi deest; quod facit in lege Aquilia reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliae; idque utilitas eius legis exigit.

12. PROCULUS libro XI. *Epistolarum* (5).—Si vir uxori suae fundos vendidit, et in venditione comprehensum est, convenisse inter eos, si ea nupta ei esse desisset, ut eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro, in factum existimo iudicium esse reddendum, idque et in aliis personis observandum.

13. ULPIANUS libro XXX. *ad Sabinum*.—Si tibi rem vendendam certo pretio dedissem, ut, quo pluris vendidisses, tibi haberes, placet, neque mandati, neque pro socio esse actionem, sed in factum, quasi alio (6) negotio gesto, quia et mandata gratuita esse debent, et societas non videtur contracta in eo, qui te non admisit socium distractionis, sed sibi certum pretium excepit.

§ 1.—[14.] (7) Iulianus libro undecimo Digesto scribit, si tibi areae meae dominium dederó, ut insula aedificata partem mihi reddas, neque emtionem esse, quia pretii loco partem rei meae recipio, neque mandatum, quia non est gratuitum, neque societatem, quia nemo societatem contrahendo rei suae dominus esse desinit. Sed si puerum docendum, vel pecus pascendum tibi dederó, vel puerum nutriendum, ita ut, si post certos annos venisset, pretium inter nos communicaretur, abhorreere haec ab area, eo quod hic dominus esse non desinit, qui prius fuit; competit igitur pro socio actio. Sed si forte puerum domini tui fecero, idem se, quod in area, dicturum, quia dominium desinit, ad primum dominum pertinere. Quid ergo est? In factum putat actionem Iulianus dandam, id est praescriptis verbis (8). Ergo si quis areae dominium non transtulerit, sed passus sit, te sic aedificare, ut communicaretur vel ipsa, vel pretium, erit societas. Idemque, et si partis areae do-

la acción de cosa incierta. Y así, por ministerio del juez no se restablecerá la antigua obligación, sino que se cumplirá lo prometido, ó procederá la condena.

10. JAVOLENO; *Epistolas, libro XIII*.—Uno legó el usufructo de la tercera parte de sus bienes, los bienes del heredero fueron vendidos por sus acreedores, y la mujer recibió para usufructuarlo el dinero que se hacía en virtud de la estimación de la tercera parte, y por ignorancia se omitió la estipulación; pregunto, ¿podrá repetirse, y por qué acción, del heredero de la mujer el dinero que se le dió para usufructuarlo? Respondi, que debe darse la acción por el hecho.

11. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXIX*.—Como no está completo el número de las acciones, por esto se requirieron muchas veces las acciones por el hecho. Pero también á aquellas acciones, que están manifestas en las leyes, si la ley fuera justa y necesaria, las suple el Pretor en lo que le falta á la ley; lo que hace en la ley Aquilia dando acciones por el hecho, acomodadas á la ley Aquilia; y esto lo exige la utilidad de aquella ley.

12. PRÓCULO; *Epistolas, libro XI*.—Si el marido vendió unos fundos á su mujer, y en la venta se consignó que se había convenido entre ellos, que si ella hubiese dejado de estar casada con él, la mujer devolvería al marido, si él quisiera, aquellos fundos por el mismo precio, opino que se ha de dar la acción por el hecho, y que esto se ha de observar también respecto de otras personas.

13. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXX*.—Si yo te hubiese dado una cosa para que la vendieses en cierto precio, de suerte que te quedases con aquello en que por más la hubieses vendido, parece bien que no haya ni la acción de mandato, ni la de sociedad, sino la del hecho, como si se hubiese hecho otro negocio, porque los mandatos deben ser gratuitos, y no parece que se constituyó sociedad con aquel que no te admitió como socio de la venta, sino que exceptuó para sí cierto precio.

§ 1.—[14.] Escribe Juliano en el libro undécimo del Digesto, que si yo te hubiere dado el dominio de un solar mío, para que edificada una casa me devuelvas una parte, no hay compra, porque en lugar de precio recibo parte de mi cosa, ni mandato, porque no es gratuito, ni sociedad, porque nadie deja de ser dueño de su cosa constituyendo sociedad. Pero que si yo te hubiere dado un niño para que lo enseñes, ó ganado para que lo apacientes, ó un niño para que lo cries, con la condición de que si después de ciertos años fuese vendido, el precio se hiciera común entre nosotros, este caso se diferencia del del solar en que aquí no deja de ser dueño el que primeramente lo fué; así pues, compete la acción de sociedad. Pero que si acaso yo hubiere hecho de tu dominio el niño, habrá él de decir lo mismo que respecto del solar, porque el dominio dejó de pertenecer al primer dueño. ¿Qué se dirá pues? Opina Juliano, que se ha de dar la acción por el hecho, esto es, la de *praescriptis verbis*. Luego

(1) ut—sequatur, *Vulg.*

(2) *ἐπιτολῶν, Hal.*

(3) *Taur. según la escritura original; respondit, según corrección del códice Fl., Br.*

(4) XXVIII., *Hal.*

(5) Véase la nota 2.

(6) alieno, *Hal.*

(7) Según ediciones vulgares; Iulianus ait, (omitiendo libro—scribit), *Hal.*

(8) id est praescriptis verbis, omitelas *Hal.*

minium transtulerit, partis non, et eadem lege adificare passus sit.

14. [15.] IDEM libro *XLI. ad Sabinum*.—Qui servandarum mercium suarum causa alienas merces in mare proiecit, nulla tenetur actione; sed si sine causa id fecisset, in factum, si dolo, de dolo tenetur.

§ 1.—Sed et si servum quis alienum spoliaverit, isque frigore mortuus sit, de vestimentis quidem furti agi poterit, de servo vero in factum agendum, criminali poena adversus eum servata.

§ 2.—Sed et si calicem argenteum quis alienum in profundum abiecerit damni dandi causa, non lucri faciendi, Pomponius libro septimo decimo (1) ad Sabinum scripsit, neque furti, neque damni iniuriæ actionem esse, in factum tamen agendum.

§ 3.—Si glans (2) ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam, Aristo scribit, non sibi (3) occurrere legitimam actionem, qua experiri possim (4), nam neque ex lege duodecim tabularum de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie, neque (5) damni iniuriæ agi posse; in factum itaque erit agendum.

15. [16.] IDEM libro *XLII. ad Sabinum*.—Solent, qui noverunt servos fugitivos alicubi celari, indicare eo dominis, ubi celentur; quæ res non facit eos fures. Solent etiam mercedem huius rei accipere, et sic indicare; nec videtur illicitum esse hoc, quod datur. Quare qui accepit, quia ob causam accepit, nec improbam causam, non timet conditionem. Quodsi solum quidem nihil est, sed pactio intercessit ob indicium, hoc est, ut si indicasset, apprehensusque esset fugitivus, certum aliquid daretur, videamus, an possit agere? Et quidem conventio ista non est nuda, ut quis dicat, ex pacto actionem non oriri, sed habet in se negotium aliquod; ergo civilis actio oriri potest, id est præscriptis verbis, nisi si quis et in hac specie de dolo actionem competere dicat, ubi dolus aliquis arguatur.

16. [17.] POMPONIO libro *XXII. ad Sabinum*.—Permisisti mihi cretam eximere de agro tuo ita, ut cum locum, unde exemissem, replem; exemi, nec repleo; quaesitum est, quam habeas actionem? Sed certum est, civilem actionem incerti competere. Si autem vendidisti cretam, ex vendito ages; quodsi post exemptionem cretæ replevero, nec patieris, me cretam tollere, tum agam ad exhibendum, quia mea facta est, quum voluntate tua exenta sit.

(1) decimo sexto, *Hal.*; XXXVI., *Vulg.*

(2) Según antigua corrección del código *Fl.*, *Br.*; *glas. Taur.* según la escritura original.

(3) tibi, *Vulg.*

si alguno no hubiere transferido el dominio del solar, sino que permitió que edificases, con la condición de que se hiciese común ó el mismo solar, ó e precio, habrá sociedad. Y lo mismo, también si hubiere transferido el dominio de parte del solar, y no de otra parte, y hubiera permitido edificar con la misma condición.

14. [15.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XLI*.—El que por conservar sus propias mercancías arrojó al mar las ajenas, no se obliga por ninguna acción; pero si esto lo hubiese hecho sin causa, se obliga por la acción del hecho, y si con dolo, con la de dolo.

§ 1.—Pero también si alguno hubiere despojado de sus ropas á un esclavo ajeno, y éste hubiera muerto de frío, podrá ejercitarse ciertamente la acción de hurto respecto á los vestidos, pero en cuanto al esclavo se ha de ejercitar la del hecho, quedando reservada la pena criminal contra aquel.

§ 2.—Mas también si alguno hubiere arrojado al mar una copa de plata de otro, por causar daño, no para realizar un lucro, escribió Pomponio en el libro décimo séptimo de sus comentarios á Sabino, que no hay ni la acción de hurto, ni la de daño con injuria, sino que se ha de ejercitar la acción por el hecho.

§ 3.—Si de un árbol tuyo cayera la bellota en mi fundo, y yo la consumiera habiendo introducido ganado para que paste, escribe Aristón, que no le parece que haya acción legítima, que yo pueda ejercitar, porque no puede intentarse ni la de la ley de las Doce Tablas sobre el pasto del ganado, porque no pasta en lo tuyo, ni la de *pauperies*, ni la de daño con injuria; y así se habrá de ejercitar la del hecho.

15. [16.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XLII*.—Suelen los que han sabido que los esclavos fugitivos se ocultan en alguna parte, indicar á los dueños donde se ocultan; lo que no los constituye ladrones. Suelen también recibir retribución por esto, y así hacer la indicación; y no parece que sea ilícito lo que se dá. Por lo cual, el que lo recibió, como que lo recibió por causa, y no por causa reprobada, no teme la condición. Pero si verdaderamente no se pagó nada, sino que medió pacto por la indicación, esto es, que si lo hubiese descubierto, y el esclavo fugitivo hubiese sido aprehendido, se daría cierta cosa, veamos, ¿podrá demandarla? Y verdaderamente no es nuda esta convención, para que alguno diga que no nace acción del pacto, sino que contiene en sí algún negocio; luego puede nacer acción civil, ésto es, la de *praescriptis verbis*, á no ser que alguno diga que también en este caso compete la acción de dolo, cuando se acusara algún dolo.

16. [17.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXII*.—Me permitiste sacar greda de tu campo con la condición de que rellenase el sitio de donde la hubiese sacado; la saqué, y no lo relleno; se preguntó, ¿qué acción tendrás? Pero es cierto, que compete la acción civil de cosa incierta. Mas si vendiste la greda, ejercitarás la acción de venta; pero si yo terraplenare después de sacada la greda, y no consintieres que me lleve la greda, entonces ejercitaré la acción de exhibición, porque se hizo mía, habiendo sido sacada con tu voluntad.

(4) possit, *Hal.*; possis, *Vulg.*

(5) *Hal. Vulg.*; de, inserta el código *Fl.*

§ 1.—Permisisti mihi, ut sererem in fundo tuo, et fructus tollerem; sevi, nec pateris me fructus tollere; nullam iuris civilis actionem esse, Aristo ait; an in factum dari debeat, deliberari posse; sed erit de dolo.

17. [18.] ULPIANUS libro XXVIII. ad Edictum.—Si gratuitam tibi habitationem dederó, an commodati agere possim? Et Vivianus ait, posse; sed est tutius, praescriptis verbis agere.

§ 1.—Si margarita tibi aestimata dederó, ut aut eadem mihi afferres, aut pretium eorum, deinde haec perierint ante venditionem, cuius periculum sit? Et ait Labeo, quod et Pomponius scripsit, si quidem ego te venditor (1) rogavi, meum esse periculum, si tu me, tuum, si neuter nostrum, sed duntaxat consensimus, teneri te hactenus, ut dolum et culpam mihi praestes. Actio autem ex hac causa utique erit praescriptis verbis.

§ 2.—[19. V. 18. H.] (2) Papinianus libro octavo Quaestionum scripsit: si rem tibi inspiciendam dedi, et dicas, te perdidisse, ita demum mihi praescriptis verbis actio competit, si ignorem, ubi sit; nam si mihi liqueat, apud te esse, furti agere possum, vel condicere, vel ad exhibendum agere. Secundum haec, si cui inspiciendum dedi sive ipsius causa, sive utriusque, et dolum, et culpam mihi praestandam esse dico propter utilitatem, periculum non; si vero mei duntaxat causa datum est, dolum solum, quia prope (3) depositum hoc accedit.

§ 3.—Si, quum unum bovem haberem, et vicinus unum, placuerit inter nos, ut per denos dies ego ei, et ille mihi bovem commodaremus, ut opus faceret, et apud alterum bos periit, commodati non competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum; verum praescriptis verbis agendum est.

§ 4.—Si, quum mihi vestimenta venderes, rogavero, ut ea apud me relinquant, ut peritioribus ostenderem, mox haec perierint vi ignis, aut alia maiore, periculum me minime praestitutum; ex quo apparet, utique custodiam ad me pertinere.

§ 5.—Si quis sponsionis causa annulos acceperit, nec reddit victori, praescriptis verbis actio in eum competit. Nec enim recipienda est Sabini opinio, qui condici et furti agi ex hac causa putat; quemadmodum enim rei nomine, cuius neque possessionem, neque dominium victor habuit, aget furti? Plane si inhonesta causa sponsionis fuit, sui annuli duntaxat repetitio erit.

18. [20. V. 19. H.] IDEM libro XXX. ad Edictum.—Si apud te pecuniam deposuerim, ut dares Titio, si fugitivum meum reduxisset, nec dederis, quia non reduxit, si pecuniam mihi non reddas, melius est praescriptis verbis agere; non enim am-

§ 1.—Me permitiste que sembrara en tu fundo, y que recogiese el fruto; sembré, y no me permites recoger el fruto; dice Aristón, que no hay ninguna acción de derecho civil; y que puede deliberarse si deberá darse la del hecho; pero habrá la de dolo.

17. [18.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Si yo te hubiere dado habitación gratuita, ¿podré ejercitar la acción de comodato? Y Viviano dice, que puedo; pero es más seguro ejercitar la de *praescriptis verbis*.

§ 1.—Si yo te hubiere dado apreciadas unas perlas, para que ó me devuelvas las mismas, ó el precio de ellas, y después se hubieren perdido antes de venderlas, ¿de quién será la pérdida? Y dice Labeo, lo que también escribió Pomponio, que si verdaderamente yo como vendedor te hice el ruego, la pérdida es mía, que si tú á mí, es tuya, y que si ninguno de nosotros hicimos el ruego, sino que solamente consentimos, te obligas únicamente á responderme del dolo y de la culpa. Pero la acción por esta causa será ciertamente la de *praescriptis verbis*.

§ 2.—[19. V. 18. H.] Escribió Papiniano en el libro octavo de las Cuestiones: si te di una cosa para que la vieras, y dijese que la perdiste, solamente me compete la acción *praescriptis verbis*, si yo ignorara donde está; porque si me constara que está en tu poder, puedo ejercitar la acción de hurto, ó intentar la condicción, ó entablar la acción de exhibición. Según lo que, si á alguno se la di para que la examinase, ya por causa del mismo, ya por la de ambos, digo que por causa de utilidad se me ha de responder, así del dolo, como de la culpa, pero no del riesgo; pero si se dió solamente por mi causa, únicamente del dolo, porque esto fué á manera de depósito.

§ 3.—Si teniendo yo un buey, y otro mi vecino, se hubiere convenido entre nosotros que yo á él, y él á mí, nos diésemos en comodato por diez días el buey, para que hiciera una labor, y el buey murió en poder de uno, no compete la acción de comodato, porque el comodato no fué gratuito; pero se ha de ejercitar la acción *praescriptis verbis*.

§ 4.—Si cuando me vendieses vestidos, yo te hubiere rogado que los dejes en mi poder para yo enseñarlos á personas más peritas, y después hubieren perecido por incendio, ó por otra fuerza mayor, de ninguna manera responderé de la pérdida; de lo cual resulta, que únicamente me corresponde su custodia.

§ 5.—Si por causa de apuesta hubiere alguno recibido anillos, y no los entrega al vencedor, compete contra él la acción *praescriptis verbis*. Y no se ha de admitir la opinión de Sabino, que cree que por esta causa se intenta la condicción, y se ejercita la acción de hurto; porque, ¿cómo ejercitará la acción de hurto por razón de una cosa de que el vencedor no tuvo ni la posesión, ni el dominio? Pero si no fué honesta la causa de la apuesta, habrá solamente la repetición del anillo propio.

18. [20. V. 19. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si en tu poder hubiere yo depositado dinero, para que se lo dieras á Titio, si me hubiese recuperado un esclavo mio fugitivo, y no se lo hubieres dado, porque no me lo recuperó,

(1) venditorem, *Hal. Vulg.*

(2) Según ediciones vulgares y *Hal.*; Idem libro XXX. ad Edictum; (omitiendo Papinianus—scripsit), *Hal.*

(3) propter, otros en *Hal.*

bo pecuniam ego et fugitivarius deposuimus, ut quasi apud sequestrem sit depositum.

19. [21. V. 20. H.] IDEM libro XXXI. (1) *ad Edictum*.—Rogasti me, ut tibi numos mutuos darem, ego quum non haberem, dedi tibi rem vendendam, ut pretio utereris; si non vendidisti, aut vendidisti quidem, pecuniam autem non accepisti mutuam, tutius est, ita agere, ut Labeo ait, praescriptis verbis, quasi negotio quodam inter nos gesto proprii contractus.

§ 1.—Si praedium pro te obligavero, deinde placuerit inter nos, ut mihi fideiussorem praestares, nec facias, melius esse dico, praescriptis verbis agi, nisi merces intervenit; nam si intervenit, ex locato esse actionem.

20. [22. V. 21. H.] IDEM libro XXXII. *ad Edictum*.—Apud Labeonem quaeritur, si tibi equos venales experiendo dederis, ut, si in triduo displicissent, redderes, tuque desultor in his cucurreris, et viceris, deinde emere nolueris, an sit adversus te ex vendito actio? Et puto, verius esse, praescriptis verbis agendum, nam inter nos hoc actum, ut experimentum gratuitum acciperes, non ut etiam certares.

§ 1.—Item apud Melam quaeritur, si mulas tibi dederis, ut experiaris, et si displicissent, emeris, si displicissent, ut in dies singulos aliquid praestares; deinde mulae a grassatoribus fuerint ablatae intra dies experimenti, quid esset praestandum, utrum pretium et merces, an merces tantum? Et ait Mela, interesse, utrum emptio iam erat contracta, an futura, ut, si facta, pretium petatur, si futura, merces petatur. Sed non exprimit de actionibus; puto autem, si quidem perfecta fuit emptio, competere ex vendito actionem, si vero nondum perfecta esset, actionem talem, qualem adversus desultorem dari.

§ 2.—Si, quum emere argentum velles, vascularius ad te detulerit et reliquerit, et, quum displicisset tibi, servo tuo referendum dedisti, et sine dolo malo et culpa tua perierit, vascularii esse detrimentum, quia eius quoque causa sit missum. Certe culpam eorum, quibus custodiendum perferendumve dederis, praestare te oportere, Labeo ait; et puto, praescriptis verbis actionem in hoc competere.

21. [23. V. 22. H.] IDEM libro II. *Disputatum*.—Quoties deficit actio vel exceptio, utilis actio vel exceptio est.

22. [24. V. 23. H.] GAIUS libro X. *ad Edictum provinciale*.—Si tibi polienda sarcinidave vestimenta dederim, si quidem gratis hanc operam

si no me devolvieras el dinero, es mejor ejercitar la acción *praescriptis verbis*; porque no depositamos ambos, yo y el perseguidor del fugitivo, el dinero, para que estuviera como depositado en poder del secuestrador.

19. [21. V. 20. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXI*.—Me rogaste que te diese dinero prestado, y no teniéndolo yo, te di una cosa para que la vendieras, y te utilizaras del precio; si no la vendiste, ó si ciertamente la vendiste, pero no recibiste el dinero en mútuo, es más seguro que ejercites, como dice Labeon, la acción *praescriptis verbis*, cual si entre nosotros se hubiera gestionado cierto negocio de contrato propio.

§ 1.—Si por tí hubiere yo obligado un predio, y después se hubiere convenido entre nosotros que me dieses fiador, y no lo hicieras, digo que es mejor que se ejercite la acción *praescriptis verbis*, si no medió retribución; porque si medió, hay la acción de locación.

20. [22. V. 21. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXII*.—Pregúntase Labeon, si yo te hubiere dado para probarlos caballos que tenía en venta, de suerte que me los devolvieras si dentro de tres días no te hubiesen gustado, y tú como artista ecuestre hubieres corrido en ellos, y hubieres vencido, y después no quisieres comprarlos, habrá contra tí la acción de venta? Y opino, que es más verdadero, que se ha de ejercitar la acción *praescriptis verbis*, porque entre nosotros se trató esto, que hicieras experimento gratuito, no tambien que tomases parte en un certámen.

§ 1.—Asimismo se pregunta Mela, si yo te hubiere dado mulas para que las experimentases, y las compraras, si te hubiesen gustado, y para que si no te hubieran agradado me pagases alguna cosa por cada día; y después hubieren sido robadas las mulas por cuatrereros en los días de la prueba, ¿de qué se habría de responder, acaso del precio y de la retribución, ó solamente de la retribución? Y dice Mela, que importa saber si se había ya contratado la venta, ó si se había de contratar, para que, si se había hecho, se pida el precio, y si se había de hacer, se reclame la retribución. Mas no dice nada de las acciones; pero creo, que si verdaderamente se hubo perfeccionado la venta, compete la acción de venta, y que si no se hubiese perfeccionado, la misma acción que se da contra el artista ecuestre.

§ 2.—Si queriendo tú comprar plata, el platero te la hubiere llevado y dejado, y no habiéndote gustado se la diste á un esclavo tuyo para que la devolviese, y se hubiere perdido sin dolo malo ni culpa tuya, la pérdida es del platero, porque tambien por su causa fué enviada. Labeon dice, que que ciertamente debes responder de la culpa de aquellos á quienes se la hubieres dado para guardarla ó devolverla; y opino, que compete por esto la acción *praescriptis verbis*.

21. [23. V. 22. H.] EL MISMO; *Disputas, libro II*.—Siempre que falta acción ó excepción, hay acción ó excepción útil.

22. [24. V. 23. H.] GAYO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—Si yo te hubiere dado vestidos para lavarlos ó componerlos, si verdaderamente te

te suscipiente, mandati est obligatio; si vero mercede data aut constituta, locationis conductionis-que negotium geritur. Quodsi neque gratis hanc operam susceperis, neque protinus aut data, aut constituta sit merces, sed eo animo negotium gestum fuerit, ut postea tantum mercedis nomine daretur, quantum inter nos statutum sit, placet, quasi de novo negotio in factum dandum esse iudicium, id est praescriptis verbis.

23. [25. V. 24. H.] ALFENUS libro III. *Digestorum a Paulo epitomatorum*.—Duo secundum Tiberim quum ambularent, alter eorum ei, qui secum ambulabat, rogatus annulum ostendit, ut respiceret; illi excidit annulus, et in Tiberim devolutus est; respondit, posse agi cum eo in factum actionem (1).

24. [26. V. 25. H.] AFRICANUS libro VIII. *Quaestionum*.—Titius Sempronio triginta dedit, pactique sunt, ut ex redditu eius pecuniae tributum, quod Titius pendere deberet, Sempronius praestaret, computatis usuris semissibus, quantoque minus tributorum nomine praestitum foret, quam earum usurarum quantitas esset, ut id Titio restitueret, quod amplius praestitum esset, id ex sorte decederet; aut si et sortem, et usuras summa tributorum excessisset, id, quod amplius esset, Titius Sempronio praestaret, neque de ea re ulla stipulatio interposita est. Titius consulebat, id, quod amplius ex usuris Sempronius redegisset, quam tributorum nomine praestitisset, qua actione ab eo consequi posset? (2) Respondit, pecuniae quidem creditae usuras, nisi in stipulationem deductas, non deberi; verum in proposito videndum, ne non tam foenerata pecunia intelligi debeat, quam quasi mandatum inter eos contractum, nisi quod ultra semissem consecuturus esset. Sed ne ipsius quidem sortis petitionem pecuniae creditae fuisse, quando, si Sempronius eam pecuniam sine dolo malo vel amisisset, vel vacuum habuisset, dicendum, nihil eum eo nomine praestare debuisset. Quare tutius esse, praescriptis verbis in factum actionem dari, praesertim quum illud quoque convenisset, ut, quod amplius praestitum esset, quam ex usuris redigeretur, sorti decederet; quod ipsum ius et causam pecuniae creditae excedat (3).

25. [27. V. 26. H.] MARCIANUS libro III. (4) *Regularum*.—Si operas fabriles quis servi vice mutua dedisset, ut totidem reciperet, posse eum praescriptis verbis agere; sicuti si paenulas dedisset, ut tunicas acciperet. Nec esse hoc contrarium, quod, si per errorem operae indebitae datae sunt, ipsae repeti non possunt; nam aliud dando, ut aliud reddatur, obligari iure gentium possumus. Quod autem indebitum datur, aut ipsum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere, quorum neutro modo operae repeti possunt.

encargas de este trabajo gratuitamente, hay la obligación de mandato; pero si habiéndose dado ó señalado retribución, se hace un negocio de locación y conducción. Mas si ni hubieres tomado este trabajo gratuitamente, ni se hubiera dado desde luego, ó señalado, retribución, sino que se hubiere hecho el negocio con la intención de que despues se daría á título de retribución tanto cuanto entre nosotros se hubiera fijado, parece bien que como por un negocio nuevo se ha de dar la acción por el hecho, esto es, la de *praescriptis verbis*.

23. [25. V. 24. H.] ALFENO; *Digesto compendiado por Paulo, libro III*.—Paseándose dos á orillas del Tiber, uno de ellos, habiéndosele rogado, mostró un anillo, para que lo viese, á aquel que con él paseaba; cayósele el anillo, y fué á parar al Tiber; respondió, que puede ejercitarse contra él la acción por el hecho.

24. [26. V. 25. H.] AFRICANO; *Cuestiones, libro VIII*.—Ticio dió treinta á Sempronio, y pactaron, que del rédito de esta cantidad pagase Sempronio un tributo, que Ticio debía pagar, computados los intereses al seis por ciento, y que cuanto por razón de los tributos se hubiese pagado menos de cuanta fuese la cantidad de los intereses, lo restituyese á Ticio, y que lo que hubiese pagado de más lo descontase del capital; ó que si el importe de los tributos hubiese excedido, así del principal, como de los intereses, Ticio pagase á Sempronio esto que hubiera de exceso, y no se interpuso estipulación alguna sobre esto. Consultaba Ticio, ¿lo que por razón de intereses hubiese obtenido Sempronio sobre lo que á título de tributos hubiese pagado, con qué acción lo podría conseguir de él? Respondió, que no se debían ciertamente los intereses del dinero prestado, si no se hubieran comprendido en estipulación; pero que en el caso propuesto se ha de ver, que no tanto debe entenderse que se dió dinero á interés, como que se celebró mandato entre ellos, á no ser que hubiese de percibir más del seis por ciento. Pero que no hubo ciertamente la acción de petición del mismo capital del dinero prestado, puesto que, si Sempronio hubiese sin dolo malo perdido aquella cantidad, ó la hubiese tenido sin emplear, se ha de decir que nada debió pagar él por tal concepto. Por lo cual, es más seguro que se dé la acción *praescriptis verbis* por el hecho, principalmente cuando se hubiese convenido también esto, que lo que se hubiese pagado de más que lo que por intereses se percibiera, se descontaría del capital; lo que excede del derecho mismo y de la condición del préstamo de dinero.

25. [27. V. 26. H.] MARCIANO; *Reglas, libro III*.—Si alguno hubiese dado mutuamente obras fabriles de un esclavo, para recibir otras tantas, puede él ejercitar la acción *praescriptis verbis*; como si hubiese dado capotes, para recibir tunicas. Y no es esto contrario á que si por error se dieron obras no debidas, no pueden estas repetirse; porque dando una cosa para que se vuelva otra, podemos obligarnos por derecho de gentes. Mas lo que se dá, no siendo debido, debe repetirse, ó ello mismo, ú otro tanto del mismo género, y de ninguno de estos modos pueden repetirse las obras.

(1) *Taur. según la escritura original; actione, según corrección del códice Fl., Br.*

(2) *Hal. Vulg.; possit, el códice Fl. según costumbre.*

(3) *excidit, Vulg.*

(4) *IV., Hal.*

26. [28. V. 27. H.] POMPONIUS *libro XXI.* (1) *ad Sabinum.*—Si tibi scyphos dedi, ut eosdem mihi redderes, commodati actio est; si ut pondus argenti redderes, quantum in illis esset, tantidem ponderis petitio est per actionem praescriptis verbis, tam boni tamen argenti, quam illi scyphi fuerunt; sed si, ut vel hos scyphos, vel ut eiusdem ponderis argentum dares, convenit, (idem) dicendum est.

26. [28. V. 27. H.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXI.*—Si te di tazas para que me devuelvas las mismas, hay la acción de comodato; si para que me devolvieras el peso de plata que en ellas hubiese, hay la petición de otro tanto peso por medio de la acción *praescriptis verbis*, pero de plata tan buena como de la que fueron aquellas tazas; pero si se convino que dieses, ó aquellas tazas, ó plata del mismo peso, se ha de decir lo mismo.

(1) XXII., *Hal.*